

125 ipse Indiam subegit. 44. Zopyrio, Thraciae praepositus, cum expeditionem in Getas faceret, tempestatibus procellisque subito coortis cum toto exercitu oppressus erat. 45. Qua cognita clade Seuthes Odrysas, populares suos, ad defectionem compulerat. Amissa propemodum Thracia ne Graecia quidem < * * * >

2, 1. Igitur XXX nauibus Sunium transmittunt – promuntorium est Atticae terrae – unde portum urbis petere decreuerant. 2. His cognitis rex Harpalo Atheniensibusque iuxta infestus classem parari iubet Athenas protinus petiturus. 3. Quod consilium clam agitant litterae redduntur: Harpalum intrasse quidem Athenas, pecunia conciliasse sibi principum animos; mox concilio plebis habito iussum urbe excedere ad Graecos milites peruenisse, quibus in Cretam traiectis a<mico> quodam auctore interemptum per insidias. 4. His laetus in Europam traiciendi consilium omisit, sed exules praeter eos, qui ciuili sanguine aspersi erant, recipi ab omnibus Graecorum ciuitatibus, quis pulsus erant, iussit. 5. Et Graeci haud ausi imperium aspernari, quamquam soluendarum legum id principium esse censebant, bona quoque, quae extarent, restituere damnatis. 6. Soli Athenienses, non suae modo sed etiam publicae uindices <libertatis>, colluionem ordinum hominumque aegre ferebant non regio imperio, sed legibus moribusque patriis regi adsueti. 7. Prohibuere igitur exules finibus omnia potius toleraturi, quam purgamenta quondam urbis

124. Zopyrio Δ: zopirio Ω 129. ad finem, in ω in margine: *hi desunt II lineae*
 2, 5. clam agitant Δ: clam agitant P cum clam agitat ω 8. in Cretam traiectis
 Zumpt: interceptum trucidatum Ω 8-9. a<mico> quodam auctore Hedicke: a
 quodam Thimbrone Cellarius 10. omisit Δ: emisit Ω 13. soluendarum Δ:
 solidarum Ω 15. suae Modius: suo Ω 16. publicae uindices <libertatis>
 Modius: publice uindices Ω | ordinum Zumpt: ordinem Ω 16-7. hominumque
 Jeep: hominum quia Ω

egli conquistava l'India. 44. Il governatore della Tracia, Zopirione, nel corso di una spedizione contro i Geti, sorpreso dallo scatenarsi improvviso di una violentissima tempesta, era perito con tutto l'esercito. 45. Avuta notizia di questo disastro, Seute aveva spinto il suo popolo, gli Odrisi, alla rivolta. Quasi perduta la Tracia, neppure la Grecia < * * * >

2, 1. Si dirigono dunque con trenta navi verso il Sunio, promontorio dell'Attica, da dove avevano stabilito di raggiungere il porto della città. 2. Quando lo seppe, risentito sia con Arpalo che con gli Ateniesi, il re ordina di preparare la flotta per puntare subito su Atene. 3. Mentre riflette in segreto su questa decisione, gli viene consegnata una lettera: Arpalo era effettivamente entrato in Atene e con il denaro si era conquistato l'appoggio dei cittadini più influenti; ma poi, dopo una riunione dell'assemblea popolare, gli era stato intimato di lasciare la città ed egli aveva raggiunto i soldati greci; passato con loro a Creta, era stato ucciso con un tranello per istigazione di un suo <amico>. 4. Soddisfatto di queste notizie, Alessandro rinunciò all'idea di passare in Europa, ma impose a tutte le città greche di riammettere gli esuli che da esse erano stati banditi, tranne quelli che si erano macchiati del sangue dei concittadini. 5. E i Greci, non osando trasgredire il suo ordine, benché ritenessero che questo fosse il primo atto della dissoluzione delle loro leggi, restituirono a coloro che avevano condannato anche ciò che restava dei loro beni. 6. Solo gli Ateniesi, assertori non soltanto della loro <libertà> ma anche di quella comune, mal sopportavano la confusione delle classi sociali e degli individui, poiché erano abituati a rispondere non al comando di un re, ma alle leggi e ai costumi patrii. 7. Esclusero quindi gli esuli dal loro territorio, pronti a subire tutto piuttosto che accogliere quelli che una volta erano stati la feccia della loro

2, 1-7. D 108-9 8-11. D 109, 2-3; J XII 11, 2-3; A VII 5, 1-3; P 70, 3 15-29. J XII 11, 4-7; A VII 9, 1-10, 7

20 suae, tunc etiam exilii, admitterent. 8. Alexander senioribus militum in patriam remissis XIII milia peditum et II milia equitum, quae in Asia retineret, eligi iussit existimans modico exercitu continere posse Asiam, quia pluribus locis praesidia disposuisset nuperque conditas urbes colonis replisset res
 25 nouare <uix> cupientibus. 9. Ceterum priusquam excerneret, quos erat retenturus, edixit, ut omnes milites aes alienum profiterentur. Graue plerisque esse compererat et, quamquam ipsorum luxu contractum erat, dissoluere tamen ipse decreuerat. 10. Illi temptari ipsos rati, quo facilius ab integris sump-
 30 tuosos discerneret, prolatando aliquantum extraxerant temporis. Et rex satis gnarus professioni aeris pudorem, non contumaciam obstare, mensas totis castris poni iussit et X milia talentum proferri. 11. Tum demum <cum> fide facta professio est. Nec amplius ex tanta pecunia quam C et XXX talenta super-
 35 perfuere. Adeo ille exercitus tot diuitissimarum gentium uictor plus tamen uictoriae quam praedae deportauit ex Asia. 12. Ceterum ut cognitum est alios remitti domos, alios retineri, perpetuam eum regni sedem in Asia habiturum rati uacordes et disciplinae militaris immemores seditiosis uoci-
 40 bus castra complent regemque ferocius quam alias adorti omnes simul missionem postulare coeperunt deformia ora cicatricibus canitiemque capitum ostentantes. 13. Nec aut praefectorum castigatione aut uerecundia regis deterriti tumultuoso clamore et militari uiolentia uolentem loqui inhibebant palam
 45 professi nusquam inde nisi in patriam uestigium esse moturos. 14. Tandem silentio facto, magis quia motum esse credebant quam quia ipsi moueri poterant, quidnam acturus esset,

25. nouare φ: renouare Ω | uix add. Watt 1983, p. 85 | cupientibus: cupi(entes coere)entibus Sauppe 32. post castris usque ad X 5,8 nec se ipsos deficit P 33. <cum> Jeep 43. deterriti Δ: deterritum ω

città, come ora lo erano dei luoghi dell'esilio. 8. Rimandati in patria i più vecchi tra i suoi soldati, Alessandro ordinò di scegliere tredicimila fanti e duemila cavalieri da tenere in Asia, giudicando che si potesse controllare l'Asia con un piccolo esercito, visto che aveva collocato guarnigioni in parecchi luoghi e aveva riempito le città da poco fondate di coloni che <difficilmente> potevano desiderare rivoluzioni. 9. Ma prima di scegliere quelli che avrebbe trattenuto lì, fece proclamare che tutti i soldati dichiarassero i loro debiti. Aveva saputo che la maggior parte di loro ne aveva di pesanti e, malgrado se li fossero procurati con la loro prodigalità, aveva comunque deciso di estinguerli. 10. Credendo che volesse metterli alla prova per riconoscere più facilmente i parsimoniosi dagli sperperatori, essi indugiando avevano lasciato passare un certo tempo. E il re, ben consapevole che all'ammissione dei debiti creava ostacolo la vergogna, non la disobbedienza, ordinò di disporre in tutto il campo dei banchi e di mettere in mostra su di essi diecimila talenti. 11. Solo allora furono coscienziosamente fatte le denunce. E di una così grande somma non rimasero più di centotrenta talenti. A tal punto quell'esercito, che pur era stato vincitore di tanti ricchissimi popoli, aveva riportato dall'Asia più trionfi che bottino. 12. Ma come seppero che alcuni venivano rimandati a casa, altri trattenuti lì, nella convinzione che egli intendesse stabilire per sempre in Asia la sede del suo regno, furiosi e dimentichi della disciplina militare riempiono il campo di parole di rivolta e, investendo il re più duramente che mai, cominciano tutti insieme a pretendere di essere congedati, mostrando i volti deturpati dalle cicatrici e i capelli bianchi. 13. Senza lasciarsi frenare né dalle punizioni minacciate dai comandanti né dal rispetto dovuto al re, con il loro clamore disordinato e la loro irruenza di soldati gli impedivano di parlare, benché lo volesse, e dichiaravano con franchezza che non si sarebbero mossi di lì se non in direzione della patria. 14. Sceso finalmente il silenzio, piuttosto perché credevano che egli si fosse dissuaso che non perché potessero lasciarsi loro dissuadere, aspettavano di vedere che

expectabant. 15. Ille «Quid haec» inquit «repens consternatio et tam procax atque effusa licentia denuntiat? Eloqui
 50 metuo. Palam certe rupistis imperium, et precario rex sum, cui non adloquendi, non hortandi monendique aut intuendi uos ius reliquistis. 16. Equidem cum alios dimittere in patriam, alios mecum paulo post deportare statuerim, tam illos adclamantes uideo, qui abituri sunt, quam hos, cum quibus prae-
 55 missos subsequi statui. 17. Quid hoc est rei? dispari in causa idem omnium clamor est. Peruelim scire, utrum qui discedunt an qui retinentur de me querantur». 18. Crederes uno ore omnes sustulisse clamorem: ita pariter ex tota contione responsum est omnes queri. 19. Tum ille «Non, hercule» inquit, «potest fieri, ut adducar querendi simul omnibus hanc causam esse, quam ostenditis, in qua maior pars exercitus non est, utpote cum plures dimiserim quam retenturus sum. 20. Subest nimirum altius malum, quod omnes auertit a me. Quando enim regem uniuersus deseruit exercitus? Ne serui
 65 quidem uno grege profugiunt dominos, sed est quidam in illis pudor a ceteris destitutos relinquendi. 21. Verum ego tam furiosae consternationis oblitus remedia insanabilibus conor adhibere. Omnem, hercule, spem, quam ex uobis conceperam, damno nec ut cum militibus meis – iam enim esse desistis –
 70 sed ut cum ingratis operis agere decreui. 22. Secundis rebus, quae circumfluunt uos, insanire coepistis oblitus status eius, quem beneficio exuistis meo, digni, hercule, qui in eodem consenescat, quoniam facilius est uobis aduersam quam secundam regere fortunam. 23. En tandem, Illyriorum pau-

51. hortandi Watt 1983, p. 86: noscendi Ω 56. discedunt Δ: descendunt ω 65. sed est Δ: sedem ω | quidam φ: quidem ω 70. operis Rubenius: oportet ω

cosa avrebbe fatto. 15. Ed egli: «Che cosa significa» disse «questa improvvisa agitazione e questa indisciplina così arrogante e incontrollata? Esito a parlare. È chiaro che avete apertamente disobbedito agli ordini e che io sono un re senza piena autorità, al quale non avete lasciato il diritto di rivolgermi la parola né di incitarvi o ammonirvi e neanche solo di guardarvi in faccia. 16. Dopo che ho deciso di rimandare alcuni in patria e di condurvi qualche tempo dopo gli altri insieme a me, vedo vociare sia chi se ne sta per andare sia quelli con i quali ho stabilito di seguire a breve distanza i soldati partiti per primi. 17. Che situazione è mai questa? Benché le condizioni siano diverse per gli uni e per gli altri, uguale è il clamore di tutti. Vorrei proprio sapere se mi fanno le loro rimostranze quelli che partono o quelli che sono costretti a restare». 18. L'impressione era che tutti avessero levato un grido con una sola bocca: così concordemente l'intera assemblea rispose che la protesta era di tutti. 19. Allora Alessandro: «Per Ercole» riprese, «non mi riesce di credere che tutti voi, insieme, abbiate la ragione di lamentarvi che adducete, poiché essa non tocca la maggior parte dell'esercito, visto che sono più gli uomini che ho congedato che quelli che ho trattenuto. 20. C'è sotto sicuramente un disagio più profondo che vi allontana tutti da me. Quando mai, infatti, un intero esercito ha abbandonato compatto il suo re? Neppure gli schiavi fuggono in folla dai padroni, ma c'è in loro un certo ritegno a lasciare chi è stato già abbandonato dagli altri. 21. Io però, dimentico di una così dissennata ribellione, sto cercando di somministrare medicine a chi è incurabile. Rinnego, per Ercole, ogni speranza che avevo tratto da voi: ho deciso di trattarvi non come miei soldati – perché avete cessato di esserlo –, ma come i più ingrati mercenari. 22. Nella buona sorte che trabocca intorno a voi avete cominciato a sragionare, dimentichi della condizione che vi siete scrollati di dosso per mio merito; ma proprio in essa eravate degni, per Ercole, di invecchiare, poiché a voi riesce più facile governare la sorte avversa che quella favorevole. 23. Fino a poco fa tributari di Illiri e Persia-